



1747.

1698

2
136

L. F. F. L. S.

GOTHOFREDI ANTONII, IC.
DISPUTATIO FEVDALIS II

De

HIS QUI FEVDVM
DARE ET ACCIPERE
POSSVNT.

Quam

Cum Corollariis ex Iure Publico,
ad ductum Institut. Per-Illustris Dn. de RHEZ
IN ACADEMIA FRIDERICIANA,
P R Æ S I D E

IO. SAMVELE STRYKIO
I.V.D. & Professore Publ. Ordinario,

D. XX. Aug. A. O. R. MDCXCIIIX

Placidæ disquisitioni publicæ submittit

CHRISTIANVS KETTNER,
Hall. Magd.

HALÆ MAGDEBVRGICÆ,
TYPIS CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, AC, TYP.

. 20.
obf.
ons.
no-
runt
inus
n, q.
iur.
ib. 3.
ncta
did
asc.
ent.
fer-
onē
nti-
ntia:
udo
orū
etes
n, an
Garf.
n. 8.
s ca-
seq.
Ger-
sunt
con-
uriis
dec.
d. in-
non
f. di-
n. 20.
In-
2. n.
S. 4.
Gail.
uer-



GOTTFRIED ANTONIUS
DISPUTATIO LEONARDI II
De
HIS QUI FEVDUM
DARE ET ACCIPERE
POSSUNT

Cum Gottfrido de hinc Friburg
ad ducem Saxonie Pet. Illustis Du. de RHEZ
IN ACADEMIA FRIDERICIANA

IO. SAMUEL ESTYMIUS
I. A. D. & Professor Publ. Ordinarius

1717
Friburgi disquisitioni publice submittit
CHRISTIANVS KETNER
Halt. 1717

Typis CHRISTOPH. ANDREAE ZEITLERI, MDCCXVII



COROLLARIA

Ex Institut. Iuris publici Ill. Dn. de Rhetz

Lib. I. Tit. 3. & 4.

I.

STatus Imp. subditos Imperatoris & Imperii coniunctim posse dici, si vox illa ab imperfectione politica purgetur, certum est, licet ciuis appellatio commo-
dior sit.

1. Aliter tamen iura Imperii exercentur in mem-
bra quæ simul status, & non status.

2. Sola immedietas Statum Imp. non facit, sicut nec
sola Principalis dignitas.

3. Iurisdictio Imp. in ciues Imperii mediatos omnino
competit, quatenus primæ instantiæ præiudicium non
contingit.

4. Rex a Germanis electus, recte Romanorum dici-
tur, licet nullus Pontificis populiue Romani consensus
accesserit.

5. Iura Imperatoria Regi Romanorum vi electionis
competunt, non vi coronationis.

6. Distinctio inter Cæsarem & Regem Romanorum,
tamdiu obtinuit, quamdiu corona Papalis necessaria fuit
reputata.

7. Rex Romanorum & Italiæ omnino differunt.

8. Eligi potest Rex Rom. etiam viuo Imp. non tan-
tum hoc consentiente, sed etiam dissentiente.

9. Ius conuocandi Electores ad dietam electionis,
Moguntino competit, etiamsi nec a Pontifice confirma-
tus, nec ac Imp. inuestitus.

10. Sede Moguntina vacante, Capitulum quidem
gaudet voto & sessione in Comitibus, sed non in Electione
Imperatoria.

12. An vno Electorum non conuocato corruat tota electio controuertunt? Quod, veritate iuris inspecta, omnino affirmandum.

13. Locum electionis arbitrio Electorum mutari posse, exempla docent.

14. Præcise Germanum in Imp. eligendum esse, vulgo quidem creditur, sed nulla lege publica probatur.

15. Ætatem eligendi Imperatoris Lex nulla determinat, hinc arbitrio Electorum hoc relinquendum. Quorsum & refero, quod Iosepho Regi administrationem ad annum 18 denegauerint.

16. Capitulationem Imperatoriam non male Legem fundamentalem dici, existimo. Sed an Lex Regia Germanorum dicenda cum Carpouio, dubitari poterat. Plus enim potestatis adimit, quam tribuit.

17. Non sine pacto publico ad Imperium admissos fuisse quondam Germanorum Imperatores probabile est, nulla tamen capitulatio ante Carolum V. ostendi potest.

18. Perpetua Capitulatio ex tenore Instrumenti Pacis conscribenda quidem est; sed quamdiu hæc non conscripta, soli Electores merito ius capitulandi sibi vindicant.

19. De iure coronandi antiqua inter Moguntinum & Coloniensem concertatio fuit, quæ res hodie pacto decisa & capitulatione confirmata.

20. Capitulatione Imperatoris Maiestatem non adimi, sed eius exercitium temperari tantum, verissimum est: Sicut nec dominus rerum suarum esse desinit, qui pacto sibi libertatem alienandi ademit.



DISPUTATIO FEVDALIS II.
DE HIS, QUI FEVDVM DARE
ET ACCIPERE POSSVNT.

THESIS PRIMA.

Circa feudi acquisitionem primo omnium, quis illud constituat, cuique constituatur, dispiciendum *a*. Illud Domini *b*: hunc vasalli *c*: nomine vt plurimum indigitare solemus.

a) *arg. Rubr. de his qui feud. dar. poss. l. 2. de stat. hom. §. fin. Inst. de iur. nat. gent. & ciu. l. 14. in pr. ibi: non ante Iuris ratio, quam persona quaerenda, & c. de iur. codicill.*

b) *c. vn. de his qui feud. dar. poss. c. vn. quid. preced. deb. an inuest. & c. & passim: non quod dominium & proprietatem in feudis praedialibus retineat, & solum Vsumfructum alteri cedat; vt vulgo credi refert Hottom. in diss. feud. c. 3. sed vel ad exemplum veterum, qui Domini nomine solebant aliquem honoris causa salutare, l. quidam. 26. de const. pec. l. ea que. 57. de don. int. vir. & vx. prout eiusmodi salutationem Patroni suis Clientibus tanquam notam demissionis antiquitus imperabant. teste Franc. Pollet. in hist. for. Rom. lib. 2. c. 10. Forner. 1. select. 11. Henr. Salmuth. in not. ad Guid. Panciroll. de reb. memor. lib. 1. c. quomodo salutati fuerint Impp. vel quod F F. vernaculo illi Signore (sic Italo-Longobardi feudalem patronum reuerentiae causa nominabant) Latinum hoc vocabulum substituere voluerunt. Hottom. d. loc. Vsque tamen Seniore eundem adpellari passim reperias, c. vn. quib. mod. feud. amitt. c. si contentio. de capit. qui cur. vend. c. 1. vers. per multas enim, de prohib. feu. al. & c. Vult. lib. 1. de feud. c. 3. n. 15. Rittershuf. in Proleg. ad. comen. feud. pag. 45. [a dicta voce Signore, vel Segnore. Vult. d. l. Dn. Eyben. Elect. feudal. c. 8. §. 6.]*

c) *C. vn. si int. dom. & vasall. de inuest. lis or. & c. quod nomen a primitiuo Vassus ita diminutum videtur Hottom: d. c. 3. & in verb. feudal. vcrb. Vasallus, & inferioris ordinis clientes proprie denotare; cum Vassus amplius aliquid sit, & de eo vt plurimum accipiatur, qui ab Imp. feudum Regale habet: ita ex quorundam opinione nuncupatus, quod Imperii q. basin sustineat. vid. Petr. Heig. quest. 2. num. 76. & seqq. Reinec. ad annal. Caroli Magni Phil. Camer. in medit. histor. cap. 6. ex quo fonte illud Turcarum*

BASSA quoque dimanasse existimari posset. Greg. *Syntag. Iur. lib. 6. c. 11. n. 7.* Idem & Capitaneus, & Valuasor, & Valuasinus, suo tamen respectu, dicitur: quarum appellationum genuinam proprietatem & indaginem qui desiderat, consulat Cuiac. *2. feu. 10.* Vult. *1. de feud. 4. n. pen. & vlt.* Borch. *de feud. c. 5. n. 37. 38. & 40.* [de voce Vasalli vid. Struv. *c. 5. th. 12.* Finckelth. *d. 1. controu. 1.* Dn. Eyben *Elect. feud. c. 9. n. 4.* Ant. Math. *de Crimin. c. 48. t. 2. c. 1. n. 10.*] pro quibus postmodum illa vulgata: Beneficiatus, Infeudatus, Feudatarius, Fidelis, ad Latinam consuetudinem inflecti cœperunt, Hott. *d. loc.*

II.

Feuda autem constituendi facultatem libere vsurpant omnes *a*, nulla vel sexus *b*, vel dignitatis *c*, vel conditionis *d* habita ratione: nisi quibus nominatim ea interdictum reperitur. *e*

a) Sequius quam priscis illis temporibus, vbi nemini id liberum erat, ni simul & Magistratus creandi, bellumque gerendi potestatem haberet, Vult. *d. c. 3. n. 8.* quo eodem collimare videtur Aluarot. *ad tit. de his qui feud. dar. poss. n. 8.* Baro a Tauttenberg. *ibid. §. Marchio. num. 1.* Rosenth. *in Synops. feud. c. 3. concl. 2.* [D. Horn. *Exercit. feud. 5. th. 15.*]

b) Ita vt foeminae feuda tum vetera renouando, tum noua constituendo maribus æquiparentur, Aluarot. *per quos fiat inuest. §. foeminam. in pr.* Nic. Mozz. *de his qui feud. dar. poss. num. 25.* Schneid. *p. 3. Epit. feud. num. 72.* [Rosenth. *c. 3. concl. 3.* Ruland. *de Commissar. p. 3. l. 2. m. 1. n. 1.*] quamuis postremum hoc nonnullis displicuerit, eo quod Iure Longob. vnde feuda profluxerunt, foeminae in perpetua fuerint tutela, adeo vt sine Mundualdi autoritate nihil alienare potuerint, Godofr. Hott. Cuiac. *ad d. §. foeminam. per quos fiat inuest.* Greg. *lib. 9. Syntag. c. 5. num. 27.* quod & de iure Romanor. vetustissimo adserit M. Porcius Cato apud Liv. *lib. 4.* demum tamen vt benignius receptum fuit. *text. in. c. vn. de inuest. vet. & nov. benef. Vult. d. loc. num. 9.* Sed si in feudando acquiritur in Vasallum iurisdictione quaedam beneficiaria, *c. Imperialem. §. insuper. vers. praterca, de prohib. feud. al.* Rosenth. *c. 12. in synops. concl. 1. num. 3.* Sonsbec. *in Com. in vsus feud. p. 14. n. 7.* nonne iure hinc foemineum genus arcebimus, quod Romana prudentia ab omni civili munere exulare voluit; *l. foemina. de R. I. l. cum prator. de Iudic.* Fr. Pollet. *lib. 2. Hist. for. Rom. c. 7. circa fin.* Gregor. *lib. 47. Syntag. c. 11. in princ.* sane tanta est inueteratae consuetudinis vis, vt hanc ipsi iurisdictionem etiam cum Imperio confirmare potuerit, vt post Dec. communiter concludunt

dunt in d. l. *fœminæ*. de R. I. Schenck Baro, per quos fiat inuest. §. *fœminam*. Sonsbec. p. 6. num. 17. Duar. de feud. cap. 6. num. II. Conr. Rittershus. in partit. feudal. c. 5. q. 22. Zas. de feud. p. 5. num. 33. Cui hoc minus detrectandum cenfeo, quo illustrius sæpenumero muliebria sese Regimina nobis apud Historiographos commendant. de quibus Patauin. de clar. mulier. Greg. fuisse & eleganter lib. 7. de Repub. c. II per tot. Virtutes enim non sexu, sed animo æstimandæ, Coel. Rhodigin. lib. 7. lect. antiq. ca. 54. in princ. cum maligno interdum fortunæ errore etiam virilis animus muliebri corpus sortitur, vt de Lucretia illa Rom. queritur, Val. Max. lib. 6. cap. I. Cæterum vt hac fœminæ licentia fruantur, facessat abusus, hoc est, ab impudica & prodiga luxurie temperent, Schenck Baro d. loc. Zas. d. p. 5. n. 33. Mozz. d. n. 25. Aluar. ad d. §. *fœminam*. n. 1. Schneid. d. p. 3. n. 7. Vult. d. c. 3. n. 9. [In Saxonia insuper curatoris consensus requiritur Schultz. Syn. feud. c. 4. num. 25. Schneid. P. 3. n. 74. Nisi sit fœmina illustris Carpzov. P. 2. C. 15. d. 9. Hering. de Fideiuss. c. 7. n. 517. Schultz. cit. l.] En! opportune Androgynum: homone, an portentum esset, Rom. subdubitabat vetustas, Liv. lib. 9. c. 4. Oros. lib. 5. cap. 4. Aul. Gell. lib. 9. cap. 4. Gregor. 7. Syntag. c. 2. num. 10. Quid nos de eo? Vlpiani & Pauli regula in l. 10. de stat. hom. §. l. 15. de testib. pro qualitate nimirum sexus incalescentis, etiam quoad iura feudalia eum metiemur. Vult. lib. I. feud. c. 9. n. 61. Borch. c. 5. de feud. n. 45. Rosent. in Synops. cap. 3. concl. 7. n. 3. Rittershus. de feud. c. 6. q. 10. [Sc. si de successione in feudis quærat. Aliud si de personis feudum constituentibus. Quia hic inter masculum & fœminam non est differentia, & hinc non opus est ad sexum incalescentem respicere.] Quid? si neuter sexus alterum superet? poterit gratificari, cui sexui inseruire malit. Hostiens. in sum. de testam. §. qui testes. And. Tiraq. de Iure primigen. quest. 17. opin. 2. num. 15.

c) Siue quis sit nobilis & honore cornscus, siue ignobilis & plebeius: imo sit rusticus, Aluar. in c. vnic. §. noui. per quos fiat inuest. Frid. Schenck. de his qui feud. dar. poss. §. *Marchio*. Zas. p. 2. num. 31. Schn. p. 3. num. 69. Curt. Jun. in 2. p. memb. 2. qu. 4. num. 12. Ros. d. c. 3. concl. 2. num. 2. cum enim quilibet sit rerum suarum moderator & arbiter, l. in re mandata. C. mand. nonne grauis iniuria homini ingenuo sub inani honestatis, quæ prætexi forte posset, colore & velamento liberam de rebus suis disponendi facultatem non relinquere? l. 2. in fin. si quis a patr. fuer. manumiss. l. dudum. C. de contrab. empt. Borch. d. cap. 5. num. 41. Ne tamen adeo indiscrete hoc quis accipiet, quin cuiusque loci consuetudinem potissimum sequendam arbitretur, Duar. de feud. cap. 6. num. 9. Obrecht. disput. feudal. 3. th. 27. Diss. Nic. de Neap.

Neap. Hern. Paul. de Pico, quos alleg. Ros. *d. loc. in not. lit. d.* [Dissentiunt, quoque Fachinæus *l. 7. Controu. c. 74.* Martin. Bonacina *Theol. Moral. Tom. 2. disp. 3. qu. 8. punct. 3.* Quorum tamen sententiam refellunt Struu. *c. 5. th. 3. n. 3.* Tabor *in Comment. ad I. F. 1. p. 15. seqq.* Dn. Eyben. *Elect. feud. c. 8. §. 9. seqq.*]

d) tam Ecclesiasticæ quam politicæ seu sæcularis. Et quidem de postremæ huius conditionis asseclis, nemo opinor hæsitat, de quibus sunt text. *in c. vn. de his qui feud. dar. poss. c. vn. de nat. feud. & c.* Sed & de clericis quis ambigat? ex quo tam pingui prædiorum ac vectigalium prouentu, quibus Principum liberalitate saginati sunt; ditare & ampliare Ecclesias suas coeperunt? quid fiat, videmus: iure, an secus? non disputo, nec quod ad turbandum Reip. statum spectare possit, in me deriuo, videatur Hottom. *disp. feud. c. 11. Rittersh. part. feud. c. 5. n. 6.*

e) *de quib. infr. th. 5.*

III.

Et quidem, ut ordinem Ecclesiasticum priori loco perlustremus, primas hic sibi vendicat Pontifex *a*, quem postmodum subsequuntur Patriarcha *b*, Archiepiscopus *c*, Episcopus *d*, Abbas *e*, Abbatissa *f*, Præpositus *g*, alique inferiores Clerici *h*.

a) Romanus scilicet, quem Isidor. principem sacerdotum vocat, *cap. clerus. §. Pontifex, 21. dist.* Nam pro Maiorum consuetudine etiam Reges erant Sacerdotes. *vide Petr. Greg. de Rep. lib. 8. c. 2. num. 6. & seqq.* Etymon autem hoc Varro, teste Polydor. *Virgil. lib. 4. cap. 6. in fin.* a Sublicii in Tyberi, cæterorumque pontium farciendorum cura deduxit: quo allusit And. Alciat. *in l. taberne de V. S.* quasi pontem faciat in vitam æternam: sed verius Scauola *ICTus a posse & facere, Borch. d. c. 5. n. 4.* Facere autem pro sacrificare veteres dixerunt. Philipp. Brodæ. *in Coroll. ad Frid. Pollet. lib. 3. hist. for. Rom. c. 1.* Atque is ipse est, quem Pontificiæ autoritatis adsertores eo euehant, ut eum non sui Apostolatus, sed propter concursum in omni Prælatura quoad potestatem & iurisdictionem, omnium omnino Ecclesiarum bona pro lubitu in feudum elargiri posse contendant, Aluarot. *in c. vn. Episc. vel Abb. n. 10.* Mozz. *de his qui feud. dar. poss. n. 2. & 3.* Curt. Iun. *p. 2. memb. 2. q. 11. & plures post CC. in c. apostolica. §. præter hoc. de re iud. vide apud Rosenth. c. 4. concl. 17. in not. lit. a.* quippe qui omnium Ecclesiarum caput & Monarcha sit constitutus, proindeque plenariam in iis dispositionem

tionem habeat, *cap. cuncta per mundum. 9. q. 3. c. 2. de prabend. in 6. clem. 1. in
fn. ut lit. pend.* quam tamen in rebus Ecclesie magni valoris atque mo-
menti, ad bene merentem, interueniente nimirum Cardinalium (de quorum
dignitate & excellentia videatur. Nic. Ant. Grauat. *in annot. ad pract. Octa-
vii Vestrii lib. 1. c. 1. lit. b. & Petr. Gregor. 15. Syst. c. 4.*) consensu restrin-
gunt, Mozz. *d. n. 3. Schneid. d. p. 3. num. 11. Vult. d. c. 3. n. 10. Vasq. 1. controu.
c. 23. Aluarez de iure ac pot. Rom. Pont. c. 24.* [vid. Struv. *c. 5. th. 8. Ludw.
c. 5. p. 99.*] Sed vt Papalis sedis inexplicabilis eminentia tanto euidentior
appareat, ne Legatus quidem de Latere, quem alias in prouincia sibi decreta
omnia posse profitentur, *c. 1. & vlt. de off. Legat.* bona Ecclesiarum legati-
onis sue citra specialem permissionem infeudare poterit, *c. de Ecclesiasticis.
25. q. 2. Curt. Iun. p. 1. memb. 2. q. 13. Vult. Nic. Moz. dd. loc. Rosenth. c. 4.
concl. 16. n. 4.* Hæc & alia, quæ Papæ circa administrationem Ecclesiasticam
adsignant, de quibus Aluarot. *d. n. 10. Curt. p. 2. memb. 2. q. 11. Gregor. lib. 15.
Syntag. c. 1. & 3.* vt cunque tolerari posse viderentur, ni etiam extra hosce li-
mites ad maiora & sæcularia illa feuda; regna, inquam, & imperia exorbi-
tarent, ipsaque ab eodem dependere magna contentione vrgerent, *in clem.
vn. de iureiur. ca. tibi domino. dist. 63. c. venerabilem. de elect. c. sollicita de
maior. & obed. Steph. Forcat. de feud. cap. 4. num. 8. Aluarot. d. loc. ad de c.
pastoralis. 2. in fin. Clem. de sent. & re iud. vbi Pontifex non tantum priori-
tatem sibi ipse adscribit: sed etiam imperio vacante, se Imperatori succede-
re fronte perfrieta adfirmat [Et ad minimum vacante Imperio eius vicari-
atum prætendit ob *Cap. Vn. Ne sede vacant. in Extra vag. Iohan. XXII.
Cui sententiæ nec Grotius de l. B. & P. l. 2. c. 9. §. 11. repugnat. Huius tamen
prætextus falsitatem detegerunt Conring. Diss. de Germ. Imper. Rom. c. 12.
Carpz. de l. Regia German. c. 12. S. 12. n. 2. seqq. Rumelin. ad Aur. Bull. p. 1.
D. 4. th. 13. Itterus de feud. Imp. c. 4. §. 11.] Vt regnorum Franciæ, Sardinia, &
Hispaniæ, Britannia, Sicilia & aliorum insolentem arrogationem præteream,
de qua Hottom. *in disp. f. c. 8. & 9.* Ingens hic vociferatio de Constantini
donatione Syluestro facta: agite! ad veritatem historicam disputando eam
pencillemus. Vehementer autem ipsi non tam vt inualidæ, quam prorsus
ementitæ metuo, cum Laurent. Valla, Raph. Volater. Nic. de Cusa Card.
Ænea Syluio, quos alleg. Phil. Camer. *in medit. histor. p. 1. cap. 61.* quibus ad-
stipulatur Alciat. *7. parerg. cap. 19. Carol. Sigon. libr. 3. de occiden. Imp. Chas-
fan. in Catal. Glor. mundi, p. 5. conf. 19. Beuther. 1. animadvers. histor. cap. 13.
in not. Phil. Melanht. in Chron. libr. 3. Eberh. a Middelb. in loc. a verisimili.
Brutum Fulmen. Sixti. V. sub tit. crim. falsi. Schn. ad Rubr. inst. de donat.***

I

b) Quera

b) Quem & Primatem & Archiepiscopum nuncupamus: quamuis alias discrepent. vide Aluarot. *de his qui feud. dar. poss. num. 3. & §. 1. num. 15. Episc. vel. Abb. Borch. d. c. 5. num. 5. & 6.* atque qui hoc nomine insigniuntur, quatuor duntaxat numero, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus, præter Romanum illum verticem, in orbe Christiano reperiuntur, *cap. pen. & ult. dist. 22. Borch, d. n. 6.* plene Gregor. *d. lib. 15. cap. 2. n. 10. & 11. & c. 5. 6. 7. 8. & 9.* Quorsum vero horum non meminit Niger in *cap. vn. de his qui feud. dar. poss.?* quia nulla de his, æque atque de Pontifice potuit esse dubitatio, Borch. *d. loc.*

c) Ob eminentiam ita dictus, qua singulis Prouinciæ suæ Episcopis antecellit, Panorm. *in 6. nullas. de iur. patron. ca. clericos, 21. dist.* quem & Metropolitanum in utroque iure adpellatum reperias, *causs. 9. q. 3. fere per tot. Auth. de non al. reb. Eccl. §. nos autem. Borch. d. loc. num. 8. Gregor. d. lib. 15. cap. 11.* licet alias huius dignitas inferior sit, quemadmodum patet *ex d. c. clericos. & Auth. de prima Iustiniana. II. vbi Cuiac.*

d) quod vocabulum Præcis etiam in Ciuilibus vsurpatum fuit, Plutarch. *in Pericle. & Cic. 7. Ep. ad Att. II.* pro cuius loci dilucidatione explicat Coel. Rhodig. *lib. 10. lect. antiqu. cap. 3.* eos, quos ad sibi subditas obnoxiasque ciuitates miserint Athenienses, spectatum quid in quaque fieret, Episcopos fuisse vocatos ac phylacas. Huc quadrat Arcad. I C. qui panî cæterisque rebus venalibus præfectos Episcopos nominat, *in l. 18. §. 7. vers. item & Episcopi. de muner. & honor. Fr. Pollet. in hist. for. Rom. lib. 1. cap. 1. Gregor. d. lib. 15. cap. 2. num. 4.* Ex quo & inter Christianos iis, qui curam actuum in sacris dispiciendorum & sollicitudinem disciplinæ Ecclesiasticæ conseruandæ & emendandæ suscipiunt, hoc nomen inditum fuisse, par est credere, Gregor. *d. loc. num. 6.* nimirum ab ἐπισκοπήν: quia quemadmodum illi, quæ ad vitam humanam sustentandam pertinent, suggerere & procurare debent: ita horum vigilando, docendo, bene agendo animarum saluti consulere interest, Polydor. Virgil. *lib. 4. cap. 6.* Hic illud agitant DD. si Episcopus cuiusdam rem suæ dioceseos in feudum concessit, & Papa postmodum alteri eandem concedat, vtra concessio, priorne an posterior, firmior subsistat? Et quamuis infinitam prope potestatem Papæ ad blandiendum affingant glossogastros: cum cordatioribus tamen, ut ius quæsitum alteri auferre, semelque inuestitum sine culpa deuestire queat, minime admitto, Rosenth. *d. c. 4. n. 3. Schneid. p. 3. n. 15, 16. & 17. Curt. Iun. d. p. 2. memb. 2. q. 12.*

e) Qui in Monachorum sodalitate & cænobio principatum obtinet, quasi dicas, Monachorum pater, Borch. *d. c. 5. n. 21. Iustinian, in Nov. 5.*

§ 123. Archimandritam vocat. Nonnunquam in historiis Abbates dicuntur Proceres seu Nobiles, quod vsque in montibus Pyrenæis obseruari testatur Cuiac. 1. feud. 1. & Hugonem illum Capetum, qui Gallia regnum arte fuit adeptus, Abbatem Hugonem fuisse nuncupatum adseuerat Hottom. in Lex. feud. vocab. Abbas. De officio Abbatis vide can. si quis Abbas. 18. q. 2. Gregor. d. lib. 15. Synt. c. 13. n. 16.

f) Monialium Antistita: cui similiter conferendi feudi ius esse dicitur, in c. vn. de his qui feud. dar. poss. quoniam in administratione rerum secularium Abbati par iudicatur, Aluarot. de his qui feud. dar. poss. n. 9. Rosenth. d. c. 4. concl. 18. n. 1. In quibus vero minor eius sit potestas, vid. glos. & Interpp. in text. c. dilecta filia, c. 12. de maior. & obed. apud Gregor. d. l.

g) Huius appellatio generalis quidem est, & de omni, qui præest, rite profertur, Cuiac. ad l. 2. C. de excus. mun. lib. 10. vsus tamen obtinuit, eum solummodo sic vocari, qui quandam prioratus curam super alios gerit, secundum Isidor. in c. quamuis, de V. S. dicitur autem alius claustralis, alius conuentualis, alius secularis, vide Gregor. d. libr. c. 18. Et hi quidem enumerati ea demum lege feuda largiuntur, si & antiquus eorum mos ita fuerit, & res ante Urbani II. Pontificis prohibitoria constitutionis promulgationem infeudari solita fuerint, c. vn. Episc. vel Abb. Vult. d. c. 3. n. 14. lib. 1. Frider. Schenck. de his qui feud. dar. poss. n. 1. Schneid. p. 3. n. 19. Iul. Clar. §. feudum, q. 13. n. 1. Ritterhus. c. 5. q. 6. Forcat. de feud. c. 4. num. 11. Guil. Forner. de feud. de his qui feud. dar. poss. quamuis & noua feuda ex probabili necessitatis vel vtilitatis causa fundare possint, Schenck Baro. d. l. Petr. de bella Pert. de feud. c. 3. Rosenth. d. c. 4. concl. 18. n. 2. sed cum solennitate præscripta, in Auth. hoc ius porrectum, C. de SS. Eccles. c. 1. & 2. de non alien. reb. Eccl. in c. 6. c. sine exceptione, 12. q. 2. Didac. Couarr. 2. var. resolut. c. 17. n. 1. 2. 3. Rosenth. d. n. 2. & concl. 20. n. 4. eod. c. quam in reliquis vstitatis non adeo exigimus, vt nec Capituli assensionem, vel superioris, Sontbec. p. 6. n. 3. Petr. de bell. Pert. d. c. 3. Zas. p. 5. n. 47. Moz. de his qui feud. dar. poss. n. 5. Curt. p. 2. memb. 2. q. 14. Rosenth. d. c. 4. concl. 21. Vult. d. c. 3. n. 11. [Struv. c. 5. th. 9. Ludwel. c. 5. p. 100.] adeo vt Prælati feuda ad Ecclesiam reuerfa, vel ipsi retinere, Schn. d. p. 3. n. 45. Vult. d. c. 5. n. 14. Ritterhus. d. c. 5. q. 12. vel etiam consanguineis, si sint idonei & honesti, nec Ecclesie onerosi, aliasue suspecti, concedere pro arbitrio possit. Iul. Clar. d. §. feudum, q. 13. n. 5. Rosenth. d. c. 5. concl. 23. Forcat. d. c. 4. n. 11. Schneid. d. l. n. 41. [vide infra disp. 3. th. 2. & ibi not.] An autem in renouatione inuestiturae nouas, quibus feuda alterentur, qualitates adiicere possit Prælati, quaeritur

fitum est? non posse putamus, Mozz. *de his qui feud. dar. poss. num. 9.* Zas. *d. p. 5. n. 60.* Iul. Clar. *d. l. n. 7.* Duar. *c. 6. n. 3.* Schneid. *d. p. 3. n. 33.* Quid? si prælatura vacante feudum Ecclesiæ sit apertum? Capitulum, ni Ecclesia sit Cathedralis, Prælati personam repræsenterat, & reinfeudationem facit, Sonsbec. *d. p. 6. n. 4.* Zas. *d. loc. n. 48.* Rittershus. *d. c. 5. q. 11.* Vult. *d. c. 3. n. 11.* [Diss. Struv. *d. th. 9. n. 6.*]

h) Quales sunt Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Acoluthi, Exorcistæ, Lectores, Psalmistæ, Ostiarii, Canonici, Decani, &c. de qua Hierarchia Ecclesiastica consulatur Gratian. *in d. c. clericos dist. 21. & tit. C. de Episc. & Cler.* Borch. *d. c. 5. n. 12. & seqq.* Duar. *1. de benef. c. 12. 14. & 18.* Gregor. *libr. 16. Synt. c. 1. 2. 3. cum aliquot seqq.* Hi itaque de propriis & patrimonialibus instar Laicorum libere disponunt, Schneid. *d. loc. num. 21.* Forner. *de his qui feud. dar. poss. de Ecclesiasticis non aliter, nisi tali officio & dignitate polleant, cui infeudandi copia sit annexa, vt supra dictum, Wes. de feud. c. 4.* Sigon. *de Regn. Ital. lib. 4. in pr. cæteraque obseruent, quæ iura requirunt, Menoch. d. arb. iud. qq. lib. 2. cas. 192.* De Monacho dubitatur. At cum per se nulla bona habeat, utique feuda non magis, quam seruus dat. Rosenth. *c. 3. concl. 4. n. 2.* Vult. *d. c. 3. n. 12.* Iul. Clar. *§. testamentum, q. 28.* [Petr. Gudelin. *de Iure Nouiss. l. 6. c. 10.* Struv. *d. c. 5. th. 3. n. 2.*]

IV.

Vidimus Clericos: superant Laici *a.* In his principem locum adsignamus Imperatori *b:* proximum Ducibus *c,* Marchionibus *d,* Comitibus *e:* inde Barones *f* & Nobiles *g* collocamus: Sed & quoscunque inferiores huc adscribimus.

a) Populares nec sacris initiati, a λαός, Borch. *secundum Isidor. d. cap. 5. n. 22.* qui in dandis multo sunt Ecclesiasticis liberiores, Vult. *d. c. 3. num. 17.* Ne vero omnium profanarum dignitatum nomenclaturam quandam hic sibi a nobis quis polliceatur, cum ex Chassanæo & aliis eam abunde lubidinem satiare possit. Saltem quod instituti nostri est, feudaliū quorundam nominum natales breuiter delibabimus.

b) Olim is erat dux belli, *l. 4. de stat. hom. l. pupillus. de V. S. §. serui autem ex eo. Inst. de iur. pers.* Hinc Pub. Scipio apud Sallust. in bello Iugurth. hoc nomine designatur, & M. T. Cic. quemadmodum *ex Epist. 10. ad Fam. lib. 2. & 9. subsequentium Epp. inscriptione patet.* Postea vero quam Cæsares cuncta discordiis ciuilibus fessa, non regno, neque dictatura, sed Principis nomine

mine sub imperium accepissent, nec Regulo titulo, vehementer exoso, sese prægrauare satis integrum arbitrarentur: inde ab Imperii Octavii Augusti incunabulis percreebuit, ut summus Princeps & Imperii Rom. Monarcha semper Imperator dici voluerit, Sueton. in *Caligul.* Petr. Heigius *p. 1. q. 2. num. 15.* Qui quidem mundi Dominus, *l. Axiosis. ad L. Rhod. de iact. l. bene a Zenone. C. de quadrien. prescript. & legibus solutus, l. Princeps. de LL. l. 23. de Legat. 3. Nouel. 105. cap. 1. in fin.* Maiestate tamen Imperii dignum; imo imperio maius, principatum legibus submittere profiteretur, *l. digna vox C. de LL. Ferd. Vasq. 1. contr. 20. Bodin. 1. de Repub. 8. Vult. 1. d. R. 12.* a quo ceu perenni fonte omnium dignitatum ac iurisdictionum fluenta scatent, *Bl. in c. vn. §. ad hac. de pace iur. firm.* Unde quin omnis generis feuda constitutere possit, dubitare, nunquid sacrilegii instar? *Rittersh. cap. 5. quest. 15.* idque non solum de patrimonialibus ac propriis: sed & pro amplanda Imperii Maiestate de fiscalibus ac bonis Imperii, per ea quæ tradit *Vult. 1. de feud. 5. num. 15. Schneid. p. 1. n. 32. Zaf. p. 5. n. 15. Schrad. p. 4. c. 1. n. 7. & seq. Menoch. conf. 1. num. 29. cum seq. Curt. Jun. p. 6. q. 2.* Plura de potestate Imp. in feudis vide apud *Schrad. d. loc. Aluarot. & Dd. passim. [Conf. Itterus de feud. Imp. c. 4. §. 1. Struv. c. 5. th. 6. Ludwel. c. 5. p. 105. seqq.]* Et quidem de feudis minoribus pro lubitu Dn Eyben *c. 8. §. 8.* de maioribus, si ad imperium reuersa, non potest, nisi consentiant Electores. *Cap. Leopold, art. 30. Cap. Iosephi art. 29.* vbi tamen Electoratus non comprehenduntur *Struv. d. l. n. 2. Carpz. de Leg. Reg. Germ. c. 7. Sect. 4. n. 27. Rumelin. ad Aur. Bull. Differ. 7. th. 11.* Hoc ius infeudandi Imperator habet, statim post electionem etiam si nondum coronatus. *Itterus d. l. §. 3. vbi §. 8. 9. & 10.* etiam de Rege Romanorum, & Vicariis Imperii, agit.]

c) Ea appellatio quam imperantis inodestior, in tantum Publio Rom. arrisit, ut nulla alia, deuicto Hasdrubale, ab Iberis fidei Romanorum se commendantibus, salutari voluerit, ex *Polyb. Gregor. de Repub. lib. 6. cap. 7.* Unde itidem eius originem ab Rom. exercitus ductoribus emanasse quis non videt? *Zaf. p. 5. num. 6.* vtpote quæ etiam in limitaneis perfectis, quorum præfecturæ ducatus appellabantur, innotuerat, ut ex *Tacito & Spartiano* docet *Guid. Panciroll. in Notit. Imp. Orient. cap. 139. & 149. & in Not. Imp. Occid. c. 88.* qui quidem olim, ut & alii Magistratus tantum ad tempus: postea vero etiam in perpetuum, ut prædia limitanea in perpetuum ipsis attributa arguunt, creati coeperunt, confirmante ex *Procop. eodem Pancirol. dict. loc.* Hoc itaque exemplo, inualescentibus demum clientelis feudalibus, si qua in beneficium territoria Principes Rom. concederent, ducatum

catuum nomine veniebant: quique de illis inuestirentur, duces, ut hodie dicebantur, *c. vn. quis dic. dux, &c.* His circiter Caroli M. ætatem 12. suberant Comites, Hottom. *in Lex. verb. duces*: sed cum dignitatum nomina principibus perpetuo fuerint arbitraria, *arg. l. vn. C. de metrop. Bery. Andr. Tiraq. de Nobil. c. 7. num. 5. Petr. Heig. d. q. 2. num. 39.* ab hac postmodum diffinitione recessum est. Ex quo Ducatus, ut & Comitatus tituli inter Angelos arbitrari Principis etiam sine locorum possessione dari consueuerunt; ex vectigalibus interim Regis pecuniæ summa quotannis constituta, ut testis est cum Pol. Virg. Greg. *d. 6. de Rep. 7.* quin & veteris obseruationis vestigium, quo ducalis dignitas non transibat ad heredes, apud Hispanos vsque vigere, not. ex Suarez. & Molin. Petr. Heig. *d. loc. n. 37.* [De his & sequentibus dignitatibus quomodo ex vsu Imperii nostri, hoc rerum statu, æstimari debeant, prolixè agit Itterus *c. 5. §. 3. & plurib. seqq.* Quæ vero requirantur ut quis in dignitatem Principalem euehi possit, videtis in Cap. Leopoldi *art. 44.* & in Capitul. Iosephi. *art. 43. add. Dn. Eyben. c. 9. §. 6.*

d) Qui inuestiti sunt de Marchia, *d. c. vn. quis dic. dux, &c.* Insule Compilatores feudales vocabulum a Mari deriuant, melius a Marck / seu limite, ut communis fert sententia, Heig. *d. loc. num. 57. Vult. 1. de feud. c. 4. num. 14.* [Reinking. *de Reg. Sec. & Eccl. l. 1. cl. 4. c. 13. n. 5.*] Sed cum multo ante, quam Henricus Auceps omnium primus prouincias Germaniæ in Marchias descripsit, & Danorum quidem Regi Sleswicensem; Vandalis autem Brandeburgensem quasi obicem opposuit, etiam in Italia Marchiæ Tusciæ, Veronæ, Aquileiæ, pluresque aliæ extiterint: Sabino neque hæc Etymologia sit verisimilis, potiusque ex Græco Nomarchia, inde quando Exarchi Constantinopoli amandari cœperunt, ita corrupta videtur *in lib. de appell. March. Brandenburg.* male quidem, opinor, nec enim notitia Magistratum Orientalium & Occidentalium hanc vocem agnoscit. Petr. Heig. *d. q. 2. num. 60.* Et quis tam historicæ antiquitatis ignarus, ut quantum Italica lingua Vandalorum, Gotharum, & Longobardorum elutionibus fuerit vitata, nesciat? Alii aliter sentiunt. Hottoman. *in Lex. verb. Marchiones* accedit Bonif. Ammerbach. quem refert Zaf. *d. p. 1. num. 9. & seq. Borch. d. c. 5. num. 33. & seqq.* Quamuis vero initio Marchiones finium custodes, indeque Liminarchæ dicti fuerint. Vult. *d. loc.* posterioribus tamen temporibus consuetudo sermonis, ut etiam in mediterraneis regionibus imperium aliquod obtinentes, ita nuncuparentur, degenerauit, Hottom. *d. loc.* [Quo vero tempore Marchionatus in re hereditario ad posteros transmitti cœptus, disquirat Dn. Conr. Sam. Schurzfleischius *in Dissert. de Marchion.*

chion. Misnensi. §. 1. in not. de præcedentia Marchionum vide Crusium *tr. de Præcedentia l. 4. c. 17.*]

e) Varius huius vocis usus. Vetères eos, qui cum potestate erant, id est, quibus pars Imperii mandata erat, illa signabant. Sic Cic. in *Eal. Scipioni* hoc nomen inscribit. Qui vero proprie sint Comites, docet Ulpian. & Labeo in *l. 15. §. comitem. de iniur.* Pertransiit postea hæc appellatio ad illos qui Proconsules & Præsides in prouinciam euntes, & Legatos Cæsaris tanquam publicorum negotiorum consortes & administri comitabantur, *l. SCro. de off. presid. l. administrantes, de excus. tut.* itemque ad Iurisperitos Magistratum prouincialium adfessores, *de quibus est tit. ff. de offic. Assess.* Neque hoc solum: pluribus insuper diuersissimis officiis atque muneribus coepit accommodari, quemadmodam ex Constitut. Inpp. non obscure elucet, ubi in limine confestim occurrit Comes sacri consistorii, §. 1. *C. de nou. C. sac. & rursus in l. 4. C. de Aduoc. diuers. iud.* quem pone sequuntur Comes sacrarum largitionum, Comes rerum priuatarum, Comes sacri Palatii, Comes sacri patrimonii, de quorum singulorum officiis singuli in *C. habentur tituli*, & ibi Cuiac. cui iungatur Casiodor. *lib. 6. Petr. Greg. Synt. tit. 6. c. 8. & 9.* Schrad. Pratei. in *Lex.* ubi plurima adhuc alia Comituarum genera offendes. Verum enim vero cum Carolo M. itemque Berengariis & Ottonib. summam rerum administrantibus, ad singulas non modo prouincias, sed diuitates Comites e sacro comitatu, Cuiac. in *par. c. 1. t. 32. Vult. c. 4. num. 14.* ablegarentur coepit iurisdicção, territorium & districtus, cui præfiebantur comitatus dici, Pratei. *verb. comitatus sacer.* Atque hinc apud FF. Comites sunt Iudices ordinarii, qui in pace & ocio ius reddunt, *c. vn. §. §. iudex. de pac. ten.* [Vnde forte est, quod in *A. B. tit. 5. in fin.* Comes Palatinus Rheni dicatur iudex Imperatoris. Add. de Comitibus Palatinis Itterus *d. c. 5. §. 10.* de Germanica voce *Grave* / unde descendat, vid. Wehner in *Obs. Pract. d. voce. Limn. de Iure Publ. l. 4. c. 4. n. 14. seqq.*] quos tamen apud Germanos, vt soldurios & deuotos apud Gallos, Cæs. in *Com. Bodian. 1. de Rep. 7.* militiae operam dedisse autor est Corn. Tac. *de mor. Germ.* Hi itaque recensiti, nempe Duces, Marchiones, Comites, sunt, quos proprie Capitaneos Regis vel Regni Ob. de Orto nuncupat. *c. vn. qui feud. dar. poss. c. vnic. de Nat. feud. & c.* qui eandem in suis regionibus quam Imp. in Imperio potestatem exercere possunt, secundum Roland. a Valle, & Hemming. Göden. *cons. 1. n. 4. & cons. 2. in pr.* referente Obrecht. *disput. feud. 3. th. 104.* & Paul. de Castro, quem cit. Borch. *d. c. 5. n. 37.* vide Andr. Knichen. *de sublim. & Reg. territor. iur. c. 1. num. 379. cum seq.*

f) Ho-

f) Horum in libris feudalibus nulla fit mentio: vulgo aestimantur, qui infra Comitem reliquis nobilibus dignitate, opibus & potentia antecel-
lunt, Gregor. 6. Syntag. 10. num. 6. Hottom. de verb. feud. Vocabuli origo
admodum controuersa, vt videre licet apud Gregor. d. l. adeo vt etiam
ipso sono quibusdam barbara visa fuerit, Heig. d. q. n. 54. Ad Atticum ta-
men Cic. eo vsi veritus non fuit, lib. 5. Ep. 11. quamuis ibi pro Barones
Varrones a Criticis substituatur. Nobis hic diutius non immorandum: sed
videatur Borch. d. c. 5. num. 39. Vult. d. c. 4. num. 14. Gregor. d. l. [Limn. l. 4.
c. 5. n. 14. seqq. Dn. Eyben. c. 9. §. 1. Dn. Becmann. in Notit. Dign. ill. Diff.
10. c. 1. §. 3. De diuersitate Baronum vide Reinking. de Reg. Sec. & Eccl. t. 1.
cl. 4. c. 14. n. 30. seqq.] Hoc notandum, moribus Germanorum inter Comi-
tatum & Baroniam, eo quod tam hæc, quam ille sub vniuersali domini
nomine conferri solet, & tanquam feudum titulum Regales dignitates
comprehendit, non multum esse discriminis, Rosenth. c. 2. concl. 2. num. 4.
Schenk Baro in c. vn. quis dic. dux, & c. n. 1. Zas. p. 5. n. 29. nisi quod Baro-
nem Comes antecedit. Heig. d. q. 2. n. 35. [Crus. de preced. l. 4. c. 21. num. 10.
vti etiam intelligendus Itterus d. l. §. 15.] itaque & hi feuda dare possunt.

g) Etsi dignitas & infamia ex cuiusque regionis more cum plurimum
aestimari soleat, ita vt vna omnibus populis congruens Nobilitatis definitio
difficiliter in medium proponi possit, Bodin. 3. de Repub. 8. pag. 462. & 6.
c. 6. pag. 1091. Tiraq. de Nobil. in pr. vtpote quæ alicubi virtute, alibi scele-
re parata & quæsitæ; vtrouique tamen magno in pretio habita ex historiis
conuinci potest, quemadmodum Bodin. eleganter demonstrat: quantum
tamen ad nostrum propositum, eos hic nobiles defini posse existimauerim,
quorum Maiores rebus pace belloque præclare gestis insignes, ingenuam
& illibatam perpetua serie natiuitatem in posteros propagarunt, Petr. Heig.
d. q. num. 61. vel qui autoritate Imper. dato iure galeæ apertæ in equestrem
ordinem sunt adsciti: quorum eminentiores proceribus & valuasoribus ma-
ioribus, cæteri, minoribus adnumerantur, Vult. d. n. 14.

V.

Sed hæc cum illo salis grano, si rei, in qua alteri feudum
constituunt, sint domini a, legitimamque ac liberam bono-
rum habeant administrationem b.

a) Qui enim dabunt, quod ipsi non habent, l. si filius. C. de dona. l. si
vniuersa. C. de Legat. Nec vero de alieno elargienda est eleemosyna, cap. non
putanda. 1. q. 1. Siquidem nec ipse Imperator, ne vel publici quidem emo-
lumen-

lumentis gratia, nisi digna damnorum & expensarum recompensatione facta, l. 13. §. 1. *commun. prad.* l. 2. C. *ex quib. caus. seru. pro prem. lib. accip.* priuata aliorum bona sine causa auferre & infeudare potest, per l. 5. in princ. *de natal. restit.* l. 3. *verb. nec ex rescripto nostro, &c.* C. *de rescind. vend.* Gail 2. *obs.* 56. n. 8. Myns. *cent.* 5. *obs.* 97. Menoch. 1. *de arb. iud.* 99. *quest.* 48. Vasq. 1. *illust.* c. 5. in pr. Baro a Tautenb. *de his qui feud. dar. poss.* §. *notandum*, num. 2. Schn. p. 5. num. 104. Borch. c. 7. num. 54. Hartm. Pistor. *lib.* 2. q. 40. & 4. cum seq. Ex quo potissimum fundamento nec naturalem a Principe in praedictum Agnatorum ad feuda legitimari posse, ostendit idem Pist. *ibid.* n. 24. cum seqq. cui accedit Sonsbec. p. 9. num. 67. cum seq. [vide infra *Disp.* 5. *th.* 6. *lit.* c.] Facessat hinc igitur seruale caput, mortalitati fere comparandum, l. *seruitutem*, 209. *de R. I.* nec vllum omnino ius habens, l. 3. in *fin.* *de cap. minut.* l. *quod attinet.* 33. *de R. I.* per quod acquisita cuncta cedunt domino, §. *in potestate infr.* *de his qui sunt sui vel al. iur.* l. 1. ff. *eod.* §. 1. per quas *pers. nob. acq.* l. *placet.* *de acquir. hered.* licet domini nomine, vt quilibet alius nunciare feudum alteri possit, c. *vn.* §. *sed vtrum, per quos fiat inuestit.* c. *vn.* §. *item inuestitura, de not. feudor.* Vult. *cap.* 3. num. 1. & quem pari iure censemus, statu liber, per l. 1. 9. 16. 29. *de stat. lib.* l. 81. §. 9. *de Leg.* 1. *gl.* in l. 3. *de stat. hom.* Sed nec tutoribus vel curatoribus in rebus, quarum administrationem tantum habent, feuda de nouo constituere permittimus, Zas. *d.* p. 5. n. 40. & seq. Vult. *d. c.* 3. n. 2. Schn. p. 3. n. 86. Dd. *ad c.* *vn.* per quos fiat *inuest.* Quid vero, si Principum & Magnatum tutores vel curatores sint, & dignitas pupilli vel minoris, feudum de nouo cuiquam bene merito concedi desideret: an hoc casu Magistratus decretum interponi oportebit? quod de iure putamus, Vult. *d. c.* 3. n. 6. in *fin.* [Quia in genere constitutum vt immobilia minorum bona sine decreto non alienentur. *tot. tit. C. de prad. min. sine decr. non alien.* Vnde idem quoque obtinet, etiamsi curatorem non habeat minor. Dissentit Finckelthaus *Disp. feud.* 5. *contr.* 7. *lit.* c. cui respondet Struv. c. 5. *th.* 2. n. 4.] quamuis vsu non obseruetur, Rosent. c. 3. *concl.* 16. num. 2. & 3. Idem est in Procuratore cum libera & vniuersali-um negotiorum gestore: qui vt inuestituram quidem domini nomine facere, *cap. vnic. ibi: sed vtrum ipse vel alius, &c. per quos fiat inuestit.* feuda tamen de nouo dare sine speciali mandato non possunt, per l. 63. *de procur.* l. 11. §. *fin.* *de pignor. act.* Zas. *Goed. dd. loc.* Rittershus. c. 5. num. 23. Rosenth. *d. c.* 3. *concl.* 6.

b) Hac quia carent furiosus, prodigus, infans, pupillus, minor, filiusfam. nullo pacto de allodialibus inuestire poterunt. Et quidem furioso, quem

K

quem ab hoc contractu etiam intellectus & consensus destitutio, instar infantis, quam longissime arcet, §. *pupillus*, de inutil. stipul. l. *in negotiis*, §. l. *furiosi*. 40. de R. I. l. 1. §. 10. de acquir. possess. quatenus talis est, nec renovationem concedimus, Aluarot. c. *vn. per quos fiat inuest.* num. 5. Schneid. p. 3. num. 85. Cæterum si laxamenta & inducias habeat, ut quodlibet aliud negotium gerere; sic quoque feudum dare non prohibemus, per l. *cum aliis* 7. C. de curat. furios. §. 1. *infr. quib. non est permiss. fac. test.* Rosenth. d. c. 3. concl. 17. n. 9. Quid? si sciri forte non possit, utrum sopito an stimulante furore quid gestum sit? id a prudente pro qualitate actus facile dignoscetur, *argum.* l. 27. *in pr. vers. sed hoc prius, de condit. instit.* Myns. cent. 2. obs. 41. Menoch. de arb. iud. qq. lib. 2. cent. 4. cas. 325. Eman. Soarez. *comm. opin. F.* Si vero continua mentis alienatione laboret, licet actus homini sanæ mentis non incongruens videatur: nullius tamen momenti æstimabitur, Duar. ad tit. *Qui test. fac. poss. c. 2.* Idem fortassis in mente capto, *arg. §. sed & mente, inst. de curat. §. 1. instit. de pupill. subst. & ebrio, cap. sane cum sequ. 15. q. 1. c. venter. 35. dist.* Eadem plane ratione nec prodigus feudi constituendi facultatem habet, Rosenth. d. c. 5. concl. 18. si tamen Magistratus decreto talis cum interdictione bonorum fuerit declaratus Ludolph. Schrad. p. 1. cap. 1. num. 60. & seqq. Cuiac. 3. sent. 4. ad Paul. & in l. *is cui 6. de V. O.* Borch. eodem tr. c. 3. num. 55. & seq. latissime Gædd. in tr. de contr. stip. c. 7. n. 134. cum multis seq. adde Vasq. 1. illustr. contr. 17. num. 2. Cuiac. Sichard. ad Rubr. C. *qui test. fac. poss. dissent.* Donell. in l. 6. num. 6. & seq. de V. O. Accurs. in l. 1. de curat. furios. & in §. *furiosi, infr. de curat.* Fachin. 3. contr. iur. 63. & 66. Prodigus vero saniores mores resumendo interdictionem reddit euanidam, *arg. d. l. 1. de curat. furios. in f. pr. Br. in d. l. 6. cui aduersatur* Walth. 1. Miscell. 38. De pupillo & minore statuimus, quod neque per se, nec tutore vel curatore accedente rem suam allodiale in feudare possunt, t. t. de reb. eor. qui sub tut. vel cur. sunt, & c. c. *vn. §. nour.* & ibi Aluarot. num. 1. 2. & 5. per quos fiat inuest. Sonsb. p. 6. num. 24. Rosenth. d. c. 3. concl. 15. Zas. p. 5. num. 36. & seq. Quid autem? si præter tutoris vel curatoris auctoritatem & consensum etiam iudicis decretum adhibuerint? perinde dixerim per l. *fin. C. finin. maior fact. & c. l. magis puto. §. non passim. & §. es alienum, de reb. eor. qui sub tut. & c.* Vult. d. cap. 3. num. 6. circa fin. Gædd. *disp. feud. 4. th. 2. lit. f.* [Ratio est: Quia decretum non interponitur nisi summa id postulet necessitas, hæc vero non adesse possit: & insuper infeudatio similis sit donationi quæ nec ex decreto valet. Vult. d. l. *Diss. Struv. c. 5. th. 4. n. 1.*] nisi sint personæ illustres, ut

supr.

supr. vide Gail. 2. obs. 72. num. 8. & 9. Tiraq. de Nobil. c. 37. n. 47. & seqq. plures limitationes suggerit Rosen. inter illas etiam hanc: si minor iurauerit se non contrauenturum, d. c. 3. concl. 17. De cuius veritate disceptabimus. Antiquum vero feudum uterque tam pupillus, modo intellectum habeat, quam adultus etiam sine autoritate vel consensu eorum, quorum tutela vel cura reguntur, licite renouare possunt, d. c. vn. per quos fiat inuest. Vult. d. c. 3. num. 7. Curt. Iun. in 1. q. 2. part. Schn. d. p. 3. n. 27. Aluar. d. loc. diff. Hottom. in disp. feud. c. 13. Duar. c. 6. n. 10. Sonsb. d. p. 6. n. 23. [Non vero feudum delatum tertio iterum, sine decreto, concedere. Struv. d. l. n. 2.] Porro nec filius fam. qui patri acquirit §. 1. propter quas pers. cuique acq. l. placet. 79. de acq. her. feuda dare poterit, Ros. d. loc. concl. 18. n. 4. Refert tamen an peculium habeat profectitium vel aduentitium; an vero Castrense seu quasi. Nam postremo hoc utroque casu tanquam paterfam. plenam & legitimam administrationem habens, l. 3. C. de Castrens. pecul. l. pen. C. de bon. qua lib. feudum recte constituit Vult. d. loc. num. 5. Circa aduentitium vero meminisse inuabit, obseruationis Myns. 10. cent. 3. [Ita habendum est, tum posse filiumfamil. de peculio aduentitio aliquem inuestire, si sit extraordinarium Struv. c. 5. th. 5. n. 3. vbi n. 4. Bocerum dissentientem refutat add. Ludwel. c. 5. p. 97.] Ad hanc classem quoque refero mutum & surdum, si ex natura ipsa utrumque simul vitium hauserit, Hottom. disp. feud. 13. secus si ex natura ipsa utrumque tuendi, & veteris renouandi potestatem habet, Sonsbec. d. p. 6. num. 25. Schneid. d. p. 3. n. 78. Rosent. d. c. 3. concl. 7. Vult. d. l. num. 8. [Struv. d. l. th. 4. n. 5.]

VI.

Sat dictum de personis feuda constituentibus: reliquum est, ob mutuam relatorum naturam, qui feuda acquirere possint, exponere. Hoc autem pari ratione, & quidem multo facilius potest quilibet, non sexu *a*, non ætate *b*, non statu *c*, non conditione vel ordine *d*, non denique vlla qualitate *e* obstante, nisi expresse prohibeatur *f*.

a) Proinde & foemina, si feudum de nouo constituatur, c. vn. quemad. feud. ad filiam pertin. c. vn. de feud. fam. c. vnic. §. filia. de success. feudi. [Struv. c. 5. th. 12. pr.] quamuis in feudo antiquo regulariter non succedat, d. §. filia. & c. vnic. §. 3. de his qui feud. dar. poss. & passim. Atque ita primævus ille mos, quo solis Magistratui gerendo militiæque idoneis feuda assignabantur, desuetudine tam quoad foeminas, quam alias personas minus

aptas exoleuit, vide Vult. *cap. 4. num. 1. & 4.* Zas. *p. 5. n. 65.* Sonsbec. *p. 7. num. 17.* Iul. Clar. *§. feudum. q. 73. num. 5. & c.* [Et Dominus admittendo foeminam gratiam ei fecisse videtur, vt per substitutum seruiat. Ludwel. *Synops. feud. c. 6. p. 114.* Arum. *Disp. feud. 3. th. 23.*] In Hermaphrodito hic non moramur, vter sexus præponderet, eam distinctionem saltem in successione feudi attendentes, Borch. *d. c. 5. num. 45.* Schrad. *l. c. p. 7. c. 5. num. 18.* Rosenth. *cap. 1. concl. 15. n. 4.* [Arum. *d. D. 3. th. 33.*]

b) De Maiorenni, nisi quo alio defectu præpediatur, non addubitandum: in minori distinguo: aut infans est, & neque per se, neque autore tutore: sed vel tutor, vel si in patria sit constitutus potestate, pater ipsius nomine acquirit, *arg. l. infanti 18. in pr. & §. 2. C. de iur. delib.* Schrad. *p. 4. c. 3. num. 4.* Zas. *p. 5. num. 66.* Wel. *de feud. c. 5. num. 6.* Borch. *c. 5. num. 46.* aut infantia limites egressus est: & vel solus sine moderatore, rem suam meliorem reddendo, feudum accipere potest, Rosenth. *d. c. 3. concl. 8. num. 4.* [vbi tamen ad seruitia non obligatur domino, sed hoc casu contractus claudicat *pr. Inst. de Auctor. tut.* Si in potestate patris sit, eius auctoritate feudum quidem acquirit, sed ad seruitia non obligatur, *arg. §. 9. Inst. de inusit. stip. l. ult. §. 2. ff. de V. O.* Struv. *c. 5. aph. 13. num. 4.* Dissentit Carpzov. *Disp. feud. 3. §. 29.*] etiam si pubem nec dum alat, Mozz. *de his qui feud. dar. poss. num. 36.* Wesenb. *d. c. 5. num. 5.* Borch. *d. loc. iureiurando interim in maturam ætatem dilato, c. vn. §. si minori & ibi Hotom. si de feud. defunct. content. sit, & c.* Forner. *de his qui feud. accip. poss. in prin. Ant. Cont. de feud. eod. cap.* Wesenb. *d. loc. Vult. c. 4. num. 6.* Mozz. *d. loc. num. 37.* Sonsbec. *p. 7. num. 15. & seq.* qui tamen *num. 13. ibidem* in minore pubere contrarium tueri conatur. Sed refellitur a Vult. *dict. loc.* cui subscribit Rosenth. *d. conclus. 8. num. 4. & in not. lit. c.* Borch. *d. c. 5. num. 46.* Schrad. *p. 4. cap. 3. num. 5. & 6.* [Ludwel. *c. 6. p. 116.*]

c) Nam & seruo dari feudum posse, modo quis sit, non ignoretur, tradunt Interpp. *ad §. personam, per quos fiat. inuest.* Hartm. Hartm. *1. obs. de feud.* Qui si propius sit, vna libertatem, etiam nulla eius facta mentione, consequitur, *argum. §. 1. infr. de hered. instit. l. super seruis. C. qui militare poss. lib. 12.* Mozz. *d. loc. num. 7.* [Ludwel. *p. 121.*] Sin alienus, non sibi, sed domino acquirit, *d. c. vn. §. persona, per quos fiat inuest. §. ita quod serui. inst. per quas pers. nob. acquir.* Si seruo; multo magis filiofani. feudum constitui poterit, Borch. *d. c. 5. n. 46.* Vult. *d. loc. n. 8.* Rittersh. *c. 6. q. 7.* Sonsb. *d. p. 7. num. 6.* [Schrader. *p. 4. c. 1. n. 7.*] non tamen a patre, cum donatio inter

ter patrem & filium iure sit prohibita, l. 1. §. 1. pro donat. Vult. d. loc. adprime quoad res immobiles: quarum donatio ne quidem filio in castra eunte conualescit, l. si filiusfam. C. famil. ercisc. Verum magni momenti quaestio hic suboritur: An filio inuestito, patri vsusfructus acquiratur; ita statuunt post Bl. in l. cum oportet, C. de bon. que lib. Fr. Curt. in 2. memb. 3. p. n. 46. Sonsb. p. 7. n. 8. Roll. a Valle cons. 54. in 3. vol. n. 28. [Niel. l. d. 2. th. 5. lit. d. Fachia. l. 7. Contr. c. 77.] nec suis destituuntur rationibus: Nobis nihilominus contraria sententia probabilior videtur, videlicet ad eum vsusfructum pertinere, cui feudum est concessum, [hoc enim in omni feudo tacite actum censetur, vt vsusfructus non ad alium quam accipientem transeat C. Obertus. 2. F. 23. Quo casu & iure ciuili ad Patrem non transit vsusfructus Auth. Excipitur. C. de bon. que lib.] quam amplectuntur. Fern. inc. vn. de his qui feud. dar. poss. n. 13. Zas. p. 5. n. 64. Schurff. cons. 10. n. 43. cent. 3. Myns. resp. 92. num. 24. Borch. d. loc. num. 48. & propugnat. Vult. d. loc. num. 8. ad versantium opinione refutata. [Finckeltauf. d. 5. th. 20. Schrad. p. 7. c. 6. n. 6. Rosenth. c. 7. conct. 14. num. 13. Struu. c. 5. th. vlt. Ludwel. d. c. 6. p. 120. seqq.]

d) Nihil attinet nobilis quis sit, an rusticus, arg. c. vn. quis dic. dux, &c. Steph. Forcat. de feud. c. 4. num. 20. [Struu. d. c. 5. th. vlt.] Imo rusticus accipiendo feudum, cuius natura hoc exigit, censetur fieri nobilis, si ab eo, qui nobilitandi facultatem habet, conferatur, Aluar. d. c. vn. quis dic. dux, &c. Zas. p. 5. num. 68. Hartm. Hartm. obs. 2. de feud. Vult. c. 4. n. 10. Rittershus. c. 6. q. 12. [modo hoc voluerit concedens vel expresse, vel tacite rusticum vt nobilem inuestiendo Ludwel d. l. p. 124. vide supra. Diss. 1. th. 6. lit. b.] nec refert parem acquirentem esse an inferiorem, vel etiam concedente superiorem, argum. l. 13. ad SC. Trebel. cum & Imp. & Papa & alii superiorem non recognoscentes, ab inferioribus feuda accipiant, quod eleganter exemplis illustrat Vult. d. loc. n. 9. & 10. [vid. Dn. Parens in Exam. I. F. in Append. n. 18.] Et tum per substitutum fidelitatem iurant, feudumq; deseruiunt, Rittersh. d. loc. n. vlt. Zas. d. p. 5. n. 73. De Clericis multi hic vehementer animi pendent; nec pol! sine ratione: cum per clericatum quis perdat feudum, cuius antea fuerat capax, c. vn. de feud. fam. in fin. c. vn. §. qui clericus. Si de feud. defunct. cont. sit, &c. Mozz. ex quib. caus. feu. amitt. n. 11. nisi feudum sit francum, Menoch. de arb. iud. qq. lib. 2. cent. 3. cas. 231. n. 45. [plures dubitandi rationes habet Ludwel d. p. 124.] Sed moribus quos Ius Pontificium posterius comprobando firmavit, ita inualuit, vt etiam onerosa a Laicis feuda recipiant, eaque per vicarium deseruiant,

Menoch. *d. cas.* 231. n. 48. Zas. *d. loc.* n. 71. Mozz. *de his qui feud. dar. poss.* n. 27. Sch. *p. 3.* n. 105. Vult. *d. n. 9.* & in quaestione feudali forum saeculare coram dominorum tribunali sortiantur, *c. ceterum, extr. de iud. c. ex transmissa, extr. de foro comp.* Geil. 2. *obs.* 37. & 40. Mynf. *cent. 1. ob.* 22. Hartm. *Hartm. obs.* 4. *de feu.* [Quae sententia expressio textu quoque nititur 2. *F.* 40. §. *fin.* Bocer. *c. 3.* n. 145. Struv. *d. l.*] Monachus a. inuestitus feudum acquirit monasterio, cui se mancipavit, modo tale sit, quod feuda possidere queat, Rosent. *d. c. 3. concl.* 4. Zas. *n. 64.* Vult. *d. n. 9.* Euerh. *in loc. a seruo ad Monach.* [Ludwel. *p. 126.*]

e) Per hanc intelligo accidentia, furorem, dementiam, caecitatem, similesque sensuum defectus & membrorum corruptelas, quibus homo facile incesfitur: quae nihil impediunt, quo minus quis ab initio legitime inuestiatur, Aluar. *in c. vn. an mut. vel. alias imperf.* Sonsb. *p. 7. n. 16.* Schn. *d. p. 3. n. 107.* Borch. *c. 5. n. 50. in fi.* Ros. *d. c. 3. concl.* 8. Vult. *d. loc. num.* II. modo in furioso & demente eadem, quae in infante, ut supr. obseruemus.

f) Ut haereticus, *arg. l. 42. 10. l. 12. & l. 18. C. de heret. & Manich. c. fin. ext. de heret.* Petr. de Bella *Petic. de feud. c. 4.* [Apostatae. *L. 4. C. de Apost.*] item excommunicati excommunicatione maiore, Vult. *d. c. 4. n. 12.* quos tamen per procuratorem paternum feudum recognoscere non prohiberi asserit ex Syluan. & Afflict. Ros. *d. c. 3. concl.* 23. n. 1. & *in alleg. lit. 4.* Proscripti quoque & banno imperii percussi, quod nimirum bonis eorum publicatis pro mortuis habeantur, Gail de *P. P. lib. 2. c. 12.* nec non laesae Maiestatis, aliussue capitalis criminis rei, Rosent. *d. c. 3. concl.* 19. Vult. *d. loc.* Quibus addo usurarios [Nam hi cum maiestatem Dei laedant, & hominum societatibus aduersenter merito e legitimo expelluntur consortio. *c. 1. de usur. in 6.*] reliquosque infames, ut feudi dignitatum incapaces, per *l. 2. C. de dign.* Vult. *d. loc.* Rosent. *d. concl.* 23.



Halle, Diss., 1698 J.S. Stryk

ULB Halle 3
002 275 21X




f

sb.

WDA







2
1698
136

2. s.
ANTONII, IC.
FEVDALIS II

FEVDVM
ACCIPERE
VNT.

ex Jure Publico,
Illustris Dn. de RHEZ
FRIDERICIANA,
I D E

ESTRYKIO
e Publ. Ordinario,

. MDCXCIIX
publicæ submittit
S KETTNER,
Magd.

EBVRGICÆ,
EÆ ZEITLERI, AC, TYP.